

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne/ I.D. & Prof.
ad Exsequias Quas Viro ... Dn. Christophoro Ribowen/ Gryphiswaldia Pomerano
Phil. & Theol. olim Stud. parabunt Populares; Omnes omnium ordinum cives
Academicos amanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1646

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777161>

Druck Freier  Zugang



Rahne, H.

in

Chr. Ribow.

Rostock, 1646.

43



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775777161/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777161/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775777161/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777161/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775777161/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777161/phys_0004)

DFG

PROGRAMMA

Quo

RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

HENRICUS Rahue / J. D.

& Prof.

ad Exsequias

Quas

Viro Præstantissimo

DN.CHRISTOPHO-
RO Ribowen/Gryphisvval-
dia Pomerano Phil. & Theol.

olim Stud.

parabunt Populares;

*Omnis ornatum ordinum cives Academicos
amant et invitat.*



• 6(0) •



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. D. C. XLVI.

52. PROGREGAMMA

RECTOR

CHRISTIANUS ROSTOCKENSIS

HICLIS 3/46u\1D.

ÆTATE

ÆTATEPATER

ÆTATE

ÆTATEPATER

DON CHRISTOPHO-

SO. 2/46u\1Cypriani

qis Pobscens Ppil. æ Tpct.

olim sign.

ÆTATEPobscens

ÆTATEPobscens



ROSTOCKI

TYPIS NICOLAI KIRILI ACAD. Typogr.

ANNO M DC LXVII



Vitam hominum non abs re mercatur publico compararunt viri magni. Inter Theologos quidem ^{duo} ille Basilius; inter Philosophos, sapientissimus Pythagoras. Ecce enim, quos aliis ex locis mercandi gratia adventantes una hebdomas excepit, altera abeuntes rursus dimitit; quasque modo exstructas & apertas, brevi destrui & occludi videbimus pergulas atque tabernas. Itaque nundinæ non solum brevitatem vitæ nostræ ante oculos proponunt, sed etiam tacite nobis aures vellunt, ut quæ ad discessum salutarem unicè faciunt, nobis ante comparemus, quæ verum nundinarium forum terminetur. Cum vita sane ita comparatum est, ut nemo sibi crastinum polliceri, neque diem quenquam bene transigere posset, nisi eum quasi postremum sibi illuxisse crediderit. At quam eadem est misera, ut sit

*neque tam terribilis ullæ fando oratio,
nec fors, nec ira cœlitum in vectum malum,
Quod non natura humana patiendo effera.*

A variis casibus & calamitatibus nulli hominum longa pax, vix induciæ sunt; immo, si parentem

E 2

Sapi.

Sapientiae Senecam audimus, omnis pæne vita
supplicium est: hac præsertim ætate, qua, ut Ful-
gentii verbis utar, potentibus vacat opprimere,
prioribus rapere, privatis perdere, miseris flere.
Quis ergo vitæ vel amor vel usus esse nunc am-
plius possit. Malè olim Mecænas:

Vita si supereft, bene eft.

Hanc mihi, vel acutam,

Sidas, sustineo crucem.

Malè Domitius Tullus, qui cum vi morbi omni-
bus membris extortus & fractus, ne in lectulo
quidem nisi manu aliena moveretur, ac digitos
servorum suorum, ut ejebat ipse, quot die ling-
ret, cauñas tamen cur vivere vellet, inveniebat.
At nec felicissimis vita suavis est, nec probissimis
innoxia. An vero nos, si hoc in potestate nostra si-
tū esset, CHRISTOPHORUM Ribowen / cui ho-
die justa persolvimus, detinere debuissemus? non
sane, nisi ipsi malè voluissemus. Ægrè sit viro bo-
no, si in diversorio in nauci homines & rectis mo-
ribus adversos inciderit, noctemque molestis-
sima exspectatione ducir, donec ingruente die
ab ingrato contubernio liberetur. Et Christianus
id non unicè exoptet? ut è tenebricoso hujus
mundi diversorio, cuius Princeps est diabolus,
cuius inquilini maligni spiritus, & prolixa illa
perditissimorum hominum caterva, se quam pri-
mum

mum erumpere, & ad æternum Justitiae solem
pervenire possit. Enochum sane non modo pie-
tate sua, sed crebris etiam precibus à Deo impe-
trasse crediderim, ut pessimo sui temporis homi-
num confortio, qui in omnem malitiam effu-
so cursu ruebant, tanto maturius subduceretur.
Hoc enim fuit placuisse in conspectu Dei de hac conta-
gione seculi meruisse transferri, ut Cyprianus de E-
nocho rectissime censet. Constat etiam RIBO-
VIUM nostrum crebris votis ac suspiriis non vi-
etum quidem illum, sed fatigatum è gladiatorio
hoc ludo solidam in cœlo quietem anhelasse: ut
è peccandi periculis subtractus, in non peccandi
securitatem, uti Augustinus loqui amat, constitu-
eretur, Neque aliter evenit. Natus enim is Gry-
phiswaldiæ, anno à CHRISTO nato millesimo
quingentesimo nonagesimo octavo. Parenis ejus
fuit LAURENTIUS Ribow/ civis & mercator
Gryphiswaldensis; mater ELISABETHA
Bohlin/femina honestissima, & cum in vivis es-
set, singulare virtutis exemplum. Avum pater-
num habuit LAURENTIUM Ribow/Senato-
rem apud Gryphisvaldenses olim gravissimum;
aviam maternam CATHARINAM Su-
mings/ matronam omnibus virtutum muliebri-
um ornamenti conspicuam Quæ res quantum
ad egregiam & præclararam RIBOVII nostri in-

dolem contulerit, in proclivi est intelligere: si-
quidem, ut verè Pindarus scripsit: Φυᾶ περιπολία
ἐπηγένετο εἰ τῶν πατέρων παῖδες λῆσσοι. Quia autem plane
puer parentes pestiferalue extictos amisit, à pa-
truō receptus, & ab ipso ad pietatis & bonarum
artium studia adhibitus fuit, Ejusdemque auspi-
ciis & ductu Wittebergam profectus est, ubi, ut
& in aliis postea Academiis, studiis Philosophiæ
pariterac Theologiæ ingenium suum per multos
annos attente occupavit. In quibus eos profe-
ctus jam fecerat, ut jampridem vel scholis vel
Ecclesiæ, bono gentis Christianæ, inservire potu-
isset; quippe qui dona docendi ac concionandi
habebat non vulgaria; verum quo fato quave
temporum injuria à publica functione hactenus
prohibitus fuerit, non satis liquet. Interea tamen
de contentione animi nihil remisit, neque remis-
sius studia sua tractavit, sed vel tertia vice in Aca-
demiam nostram repedavit, in qua pietatem in-
primis & modestiam ita colere visus est, ut in ex-
emplum juventutis nostræ sufficeret. Tandem
febris continua ipsum adoriri cœpit, quam inse-
cutum est post aliquot dies erysipelas, cum ma-
gna vehementia. Quod licet extrinsecus per to-
tum caput non sine allevatione appareret, subi-
to tamen iterum ob naturæ expellentis imbecil-
litatem ad interiora retrocedens cerebri arcem
occu-

occupavit, prostratisque sensim cordis etiam vi-
tribus d. XXVII. mensis hujus Maji, circa tertiam
pomeridianam, habitis prius de Conservato-
re nostro piis colloquiis, placide exspiravit,
Arcas quidam Cercidas nomine, moriens famili-
aribus suis dixit: se non ægrè mortem obire:
Sperare enim, se conventurum ex Philosophis
Pythagoram, ex historicis Hecataeum, ex Musicis
Olympum, ex poetis Homerum. Cicero etiam,
sub Catonis persona, præclarum diem vocat,
cum ad illud divinorum animorum concilium
cætumque proficiscendum fuerit. Majori vero
gaudio RIBOVIUM nunc exsiliare credibile
est: qui non modo è Patriarchis Abrahamum, è
Prophetis Davidem, ex Apostolis Paulum, vi-
det: qui non modo nunc conspicit Parentes,
fratrem suum JACOBUM, olim Candidatum Ju-
ris, etiam in Academia & quidem Lipsiensi; hu-
manis rebus phthisi ereptum, præterea sorores
quarum unam vir clarissimus ac Consultissimus
P E T R U S F R A U B O S E N J. U. D. & Pro-
fessor Gryphisvaldensis, ut & Illustrissimi Prin-
cipis Pomeraniae Consiliarius quondam eminen-
tissimus, postque hujus obitum Vir itidem con-
sultissimus **D N. JOANNES FratwenKnecht/**
J. U D Clarissimus: alteram vir Prudentissimus
D N. JOANNES GISEBRECHT Consul
Dem-

Demminensis in matrimonio habuerunt. Sed ad ipsam civitatem Dei viventis, ad innumerabilem Angelorum cætum, ad Ecclesiam primogenitorum, qui conscripti sunt in cœlis, & quod reliqua omnia superat, ad ipsum novi Testamentū Auctorem J E S U M C H R I S T U M pervenit, cuius aspectu,

Expleri mentem nequit, ardescitque tuendo.

Quæ felicitas cum cogitationes ipsas excedat, sermone & coloribus verborum nequicq; eam exprimetur. Exsuvias corporis sui tegendas nobis reliquit: idque facere hodie destinavimus, ad horam primam. Vestrum erit, Cives Academicci, funus

comitari, & ad deductionem ejus frequentes
comparere P.P sub sigillo Academicō, die

XXX. Maji Ann. Christ. clc lcc

X L V I .

Conventus fiet in Aede Jacobæa.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775777161/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777161/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn775777161/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777161/phys_0014)


DFG

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn775777161/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn775777161/phys_0016)



mum erumpere, & ad æternum Ju-
pervenire possit. Enochum sane no-
tate sua, sed crebris etiam precibus à
trasse crediderim, ut pessimo sui tem-
num confortio, qui in omnem ma-
so cursu ruebant, tanto maturius su-
Hoc enim fuit placuisse in conspectu Dei
gione seculi meruisse transferri, ut Cyp-
nocho rectissimè censem. Constat eti-
VIU M nostrum crebris votis ac suspi-
ctum quidem illum, sed fatigatum e-
hoc ludo solidam in cœlo quietem a-
è peccandi periculis subtractus, in no-
securitatem, uti Augustinus loqui am-
eretur, Neque aliter evenit. Natus e-
phiswaldiæ, anno à CHRISTO natu-
quingentesimo nonagesimo octavo.
fuit LAURENTIUS RIBOW/ civis
Gryphiswaldensis; mater E LIS
Bohlin/femina honestissima, & cui
set, singulare virtutis exemplum. A-
num habuit LAURENTIUM Ri-
rem apud Gryphisvaldenses olim g-
aviam maternam CATHARII
mings/ matronam omnibus virtutu-
um ornamenti conspicuam Quæ
ad egregiam & præclaram RIBOV

E 3



the scale towards document

Scan Reference Chart / TEX3 Serial No. _____
Image Engineering Patch Reference numbers on UNIT